

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 18: De contemplatione (12)

Idem (Gregorius) super Ezechielem:

Viri perfecti bona celestia que contemplari potuerunt,  
fratribus denuntiant eorumque animos in amorem intime caritatis accendunt.

Bene autem reuertentia animalia coruscanti fulguri comparantur,  
→ quia sancti uiri cum ad superna contemplanda euolant,  
cum primitias sui spiritus in caelstis patriae amore ligant,  
sed grauati humanae conuersationis pondere ad semetipsos redeunt,  
← bona caelestia quae saltem per speculum contemplari potuerunt,  
fratribus denuntiant eorumque animos in amorem intimae claritatis accendunt,  
quam nec uidere sicut est, nec loqui praeualent sicut uiderunt.

Gregorius Magnus, *Homeliae in Hiezechiel prophetam*, 1.5.13 (CCSL 142,  
M. Adriaen ed., p.64, ll.246-254).